



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)

(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

O2 European Latin Language Certification – Basic Level

Multimedia Practical Tools

EXERCISES

(Italian Version: 31.01.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

A1 De Romanorum primis regibus [Eutropio]

Cum Romulus Romam condidit, civitas sine virginibus erat, ergo cives eas dolo obtinuerunt. Quia postea bellum ortum est, Romani victores fuerunt. Romulus multos annos regnavit, deinde ad caelum transiit. Post eum Numa Pompilius regnavit et Romanos civiles fecit.



- 1 Condita civitate, quam ex nomine suo [Romulus] Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem
2 finitimorum¹ in civitatem recepit, centum ex senioribus² legit, **quorum** consilio omnia ageret, quos
3 “senatores”³ nominavit⁴ propter senectutem. Tum, cum uxores ipse et populus suus non haberent,
4 invitavit ad spectaculum ludorum⁵ vicinas⁶ urbi Romae nationes *atque earum* virgines
5 rapuit. Commotis⁷ bellis propter raptarum iniuriam Caeninenses vicit, Antemnates, Crustuminos,
6 Sabinos, Fidenates, Veientes. *Haec* omnia oppida urbem cingunt⁸. Et *cum* orta subito tempestate
7 non comparuisset⁹, anno regni tricesimo septimo ad deos transisse creditus est¹⁰ et
8 consecratus¹¹. Deinde Romae (...) senatores³ imperaverunt et his regnantibus¹² annus unus
9 completus est¹³.
10 Postea Numa Pompilius rex creatus est¹⁴, qui bellum quidem nullum gessit, sed non minus civitati
11 quam Romulus profuit. Nam et leges Romanis moresque constituit, **qui** consuetudine proeliorum
12 iam latrones¹⁵ ac semibarbari¹⁶ putabantur (...) et infinita¹⁷ Romae sacra ac templa
13 constituit. Morbo decessit¹⁸ quadagesimo et tertio imperii anno.

¹ Mutitudinem finitimorum (finitimus, -a, -um) = multi qui circa urbem vivunt

² Ex senioribus = ex senibus

³ Senator, oris, m. = qui senex est et in senatu sedet

⁴ Nominavit = vocavit

⁵ Invitavit ad spectaculum ludorum = in urbem vocavit ut spectarent qui certarent

⁶ Vicinas (vicinus, -a, -um) = quae circa urbem erant

⁷ Commotis = motis

⁸ Cingunt = circa Romam sunt

⁹ Comparuisset = paruisset/apparuisset

¹⁰ [Romulus] ad deos transisse creditus est = omnes crediderunt Romulum ad deos transisse

¹¹ Consecratus est = sacer dictus est

¹² Regnantibus (regno, -as, -avi, -atum, -are) = imperantibus

¹³ Completus est = finitus est

¹⁴ Creatus est = factus est

¹⁵ Latrones = qui bona eripiunt

¹⁶ Semibarbari = fere barbari

¹⁷ Infinita = sine numero

¹⁸ Decessit = e vita excessit

Esercizi sulla comprensione del testo

Es. 1: Metti in ordine le sequenze in base a quanto hai letto nel brano

1. Aliquot senes "senatores" fiunt
2. Civitates quae circa Romam sunt a Romulo vincuntur
3. Romulus Romam condit
4. Numa Pompilius bonos mores Romanis dat
5. Senatores usque ad anni finem post Romuli mortem Romam regunt
6. Romam multi cives ex aliis nationibus veniunt
7. Romulus ad deos fertur
8. Virgines ex aliis gentibus rapiuntur
9. Numa Pompilius contra hostes bellum non infert
10. Civibus virgines non sunt

oppure

Es. 2: Completa la parafrasi, mettendo negli spazi il numero del termine

Romulus, postquam civitatem condiderat, eam Romam appellavit; deinde accepit _____ qui in civitatem venire _____. Inter senes elegit centum ut cum eis civitatem regeret. Tamen Romanis feminae non _____, ideo in urbem finitimas gentes vocavit ut una certamina viderent. Subito Romani virgines rapuerunt; post iniuriam nationes vicinae contra Romam _____, sed Romulus eas vicit. Deinde post saevam tempestatem, Romulus non apparuit et dictum est eum ad caelum transisse. Post Romulum Numa Pompilius Romae regnavit, sed contra nationes finitimas bellum non _____. Numa maluit Romanis leges et mores dare ut non putarentur iam barbari. E vita excessit postquam imperaverat quadraginta et _____ annos.

| | | | |
|------------|--------------|--------------|--------------|
| 1. cupit | 4. unum | 7. omnes | 10. tres |
| 2. erant | 5. habuerunt | 8. ergo | 11. paucos |
| 3. intulit | 6. volebant | 9. moti sunt | 12. moverunt |

Oppure

Es. 3: Scegli il riassunto corretto

- A. Romulus Romam condidit et multi ex finitimis nationibus eo venerunt; postea centum qui ei consilium dare poterant, elegit. Romani, quia uxores non habebant, rapuerunt et uxores duxerunt virgines quae in finitimis civitatibus vivebant. Caeninenses Antemnates et aliae gentes, quia iniuriam non tulerant, Romanos petiverunt, sed victi sunt. Romulus ad caelum transiit et sacer dictus est. Post eum Numa Pompilius Romam rexit; nullum bellum contra finitimas nationes intulit et maluit Romanos civiles reddere.
- B. Romulus Romam condidit sed pauci cives sine feminis ex finitimis nationibus eo venerunt; postea centum quibus consilium dare poterat, elegit. Romani, quia uxores non habebant, rapuerunt et uxores duxerunt virgines quae in finitimis civitatibus vivebant. Caeninenses, Antemnates et aliae gentes, quia iniuriam non tulerant, Romanos petiverunt, sed victi sunt. Romulus ad caelum transiit et sacer dictus est. Post eum Numa Pompilius regnare noluit; nullum bellum contra finitimas nationes intulit et maluit Romanos civiles reddere.
- C. Romulus Romam condidit et multi cum multis feminis ex finitimis nationibus eo venerunt; postea centum qui ei consilium dare poterant, elegit. Romani, quamquam uxores habebant, capere voluerunt virgines quae in finitimis civitatibus vivebant. Caeninenses, Antemnates et aliae gentes, quia iniuriam non tulerant, Romanos petiverunt sed victi sunt. Romulus tamen interfectus est et sacer dictus est. Post eum Numa Pompilius Romam rexit; nullum bellum contra finitimas nationes intulit et maluit Romanos civiles reddere.

- D. Romulus Romam condidit et multi ex finitimis nationibus eo venerunt; postea centum qui cum eo Romam regerent, elegit. Romani, quia uxores non habebant, rapuerunt et uxores duxerunt virgines quae in finitimis civitatibus vivebant. Caeninenses Antemnates et aliae gentes, quia iniuriam non tulerant, Romanos petiverunt et vicerunt. Romulus ad caelum transiit et sacer dictus est. Post eum Numa Pompilius regnare noluit; nullum bellum contra finitimas nationes intulit et maluit Romanos civiles reddere.

Es. 4: Scegli vero o falso

| | | |
|---|---|---|
| 1. Romulus non vult alias nationes in suam civitatem venire | V | F |
| 2. Senatores senes sunt | V | F |
| 3. Gentibus vicinis virgines sunt sed eas Romani non habent | V | F |
| 4. Romani petunt virgines a finitimis suis | V | F |
| 5. Post tempestatem Romani Romuli corpus non inveniunt | V | F |
| 6. Numa regnante, Romani in pace vivunt | V | F |

Es. 5: Completa la frase

1. Romulus civitatem condidit....
 - a. Sed viri in ea non erant
 - b. Et multae virgines in eam venerunt
 - c. Et multos cives in eam accepit
 - d. Et pauci senes in eam venerunt
2. Cives ex finitimis nationibus in urbem vocati sunt...
 - a. Quia Romulus senatores eligere volebat
 - b. Quia Romani eorum virgines rapere volebant
 - c. Quia Romani cum eis certare volebant
 - d. Quia virgines Romanis nubere volebant
3. Romani virgines obtinuerunt....
 - a. Dolo
 - b. Armis
 - c. Earum voluntate
 - d. Proelio
4. Caeninenses, Antemnates, Crustumini bellum contra Romanos gesserunt
 - a. Sed non vicerunt
 - b. Et vicerunt
 - c. Et Romulum occiderunt
 - d. Et omnes senators interfecerunt
5. Sabini, Fidenates et Veientes
 - a. Contra Romam pugnare noluerunt
 - b. Contra Caeninenses et alias nationes bellum moverunt
 - c. A Numa Pompilio victi sunt
 - d. Circa Romam habitabant
6. Senatores regnaverunt
 - a. Paucos dies post Romuli mortem
 - b. Semper post Romuli mortem
 - c. Numquam post Romuli mortem
 - d. Post Romuli mortem usque ad Numae regnum

oppure

Es. 6: Scegli la risposta corretta

1. Cur civitas "Roma" appellatur?
 - a. Quia civitas a semibarbaris conditur
 - b. Quia hoc nomen senes eligunt
 - c. Quia Romulus nomine suo utitur
 - d. Auctor id non dicit
2. Qui sunt senatores?
 - a. Qui a civitatibus vicinis Romam veniunt
 - b. Qui finitimorum virgines rapiunt
 - c. Qui Romanis virgines dare nolunt
 - d. Qui Romae Romulo auxilio sunt
3. Cur Romulus nationes finitimas invitat ad certamina videnda?
 - a. Quia vult multos cives Romae esse
 - b. Quia vult feminas gentium finitimarum capere
 - c. Quia vult se et finitimos beatos esse
 - d. Quia vult senatores uxores eligere
4. Cur gentes vicinae contra Romam pugnant?
 - a. Quia Roma eas aggressa est
 - b. Quia Romani earum feminas dolo uxores duxerunt
 - c. Quia Romani fere barbari sunt
 - d. Quia certamina eis non placuerunt
5. Qui sunt Veientes?
 - a. Populus qui solus contra Romam movit
 - b. Populus a quo Romani feminas petunt
 - c. Civitas ubi Romulus natus est
 - d. Unus ex populis qui Romanos petunt
6. Quis est Numa Pompilius?
 - a. Rex qui post Romulum regnat
 - b. Unus ex senatoribus qui cum Romulo regnat
 - c. Rex qui nationes finitimas vincit
 - d. Rex vicinarum gentium qui contra Romulum pugnat

Oppure

Es. 7: Collega le due frasi (una per colonna) nel modo corretto

| | |
|--|--|
| 1. Qui eam condit, urbem "Romam" vocat | A. Ergo finitimarum gentium feminas capiunt |
| 2. Romulus centum viros senes legit | B. Quia Romani feminas rapuerunt |
| 3. Romani sine uxoribus sunt | C. Quia ei nomen "Romulus" est |
| 4. Finitimae nationes Romam aggrediuntur | D. Et postea Romani Romulum videre non possunt |
| 5. Tempesta oritur | E. Senatores ante alterum regem regnant |
| 6. Postquam Romulus ad deos transiit | F. Quibuscum Romae regnare vult |

Esercizi di grammatica (competenza linguistica)

Es. 8: Sostituisci il pronome con il referente, secondo l'esempio.

EX: R. 2 quorum = seniorum

- A. R. 3: ipse = _____
- B. R. 4: earum = _____

- C. R. 8: his = _____
D. R. 11: qui = _____

Es. 9: scegli la risposta corretta

1. R. 1 *quam* è:
 - a. Relativo
 - b. Indefinito
 - c. Interrogativo
 - d. Avverbio
2. R. 4 *atque* è una congiunzione:
 - a. Avversativa
 - b. Copulativa
 - c. Conclusiva
 - d. Disgiuntiva
3. R. 6 *haec* è:
 - a. Agg. Fem. Sing. Nom
 - b. Pron. Fem. Sing. Nom.
 - c. Agg. Neut. Plur. Nom.
 - d. Pron. Neutr. Plur. Nom.
4. R. 6 *cum* è:
 - a. Proposizione
 - b. Congiunzione coordinante
 - c. Congiunzione subordinante con l'indicativo
 - d. Congiunzione subordinante con il congiuntivo
5. R. 10 *quidem* is:
 - a. Relativo
 - b. Indefinito
 - c. Interrogativo
 - d. Avverbio

Es. 10: Trasforma le frasi seguenti secondo quanto suggerito

1. R. 1 Condita civitate, (...) haec fere egit
Postquam civitas _____, (...) haec fere egit
2. R. 3 Cum uxores ipse et populus suus non haberent invitavit....
Quia uxores ipse et populus suus non _____ invitavit
3. R. 5 Commotis bellis propter raptarum iniuriam
Commotis bellis propter iniuriam earum _____ raptae erant
4. R. 8 His regnantibus annus unus completus est
Dum hi _____ annus unus completus est
5. R. 10 Postea Numa Pompilius rex creatus est, qui bellum quidem nullum gessit
Postea Numa Pompilius rex creatus est, a quo bellum quidem nullum _____
6. R. 13 Morbo decessit quadragesimo et tertio imperii anno
Morbo decessit agens _____ imperii annum